MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80200-14

AUTHOR:

SANNEG, JOSEPH

TITLE:

DE VOCABULORUM COMPOSITIONE...

PLACE:

HALIS SAXONUM

DATE:

[1865]

Master Negative #

91-80200-14

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Sanneg, Joseph
De vocabulorum compositione Graeca praccipue Aeschylea. Dissertatio...quam...defendet auctor Josephus Sanneg... Halis Saxonum, typis expressum Heynemannianis, [1865]
31 p. 20½ cm.

Thesis, Halle, 1865.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8/28/91 INITIALS ER
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE VOCABULORUM COMPOSITIONE GRAECA PRAECIPUE AESCHYLEA

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI

CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

UNA CUM THESIBUS

DIE XXIII SEPTEMBRIS A. MDCCCLXV

HORA XI IN AUDITORIO MAXIMO

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

JOSEPHUS SANNEG,

SILESIUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

HERMANNUS HEMPEL, PHIL. DOCT. DES.

PAULUS SANNEG, PHIL. STUD. ET SEM. SOD.

HALIS SAXONUM

TYPIS EXPRESSUM HEYNEMANNIANIS.

Ad intermortuam linguam penitus pernoscendam parum valent grammaticorum disquisitiones, nisi accedat opera eorum, quibus vigente lingua in ejus indolem inquirere legesque, quae in ea valeant, indagare et constituere contigit. Ut anatomia ars erit inutilis et supervacanea, nisi conjungatur cum physiologia, quae versatur in animantium indole perquirenda, sic intermortuarum linguarum observatio non modo nihil prodesse sed ne proficere quidem quidquam potest, praesertim in etymologia, nisi tota earum vita ante oculos ponatur. Reputandum enim est, linguam vivam vel maxime differre ab ea, quae litteris plane dissimile corpus, ut ita dicam, induat: Sonus per se nihil certi et stabile habet atque litteris mandatus parum illustri et manca imagine describitur.

Quamvis igitur recentiorum studia in antiquarum linguarum natura et indole indagandis posita mirum quantum superent veterum grammaticorum operam in eadem re consumptam, tamen, nisi veterum disquisitionibus tamquam fundamento niterentur, parvi fortasse momenti essent.

Quapropter non est, quod miremur, jacere etiamnunc incultam et desiderare hominum doctorum diligentiam et acumen eam Graecae grammaticae partem, quae antiquorum grammaticorum curam fere nullam experta est: nominum dico compositionis doctrinam.

Neque certe est ullus grammaticae locus, ubi vehementius operam et studia veterum philologorum desideres. Hanc autem doctrinam propterea ab iis non tractatam esse puto, quod nominum compositio, quae Alexandrinorum quidem aetate nondum absolutam consummatamque linguae speciem prae se ferebat, pro vivo eorum sermonis judicio et sensu nihil fere insoliti habebat et nomina revocabat, in quibus ipsis constituendis toti tum erant.

Praeterea ipsi huic doctrinae fortasse major subtilitas opus est, quam quae illius aetatis grammaticae statui jam contigit. Etenim veteres grammatici ne in eo quidem jam erant, ut perspicerent nominum stirpes, unde in ipsa hac doctrina, quod quidem ad formationem pertinet, prae ceteris repetendum est.

Facilius igitur, si Graecos comparaveris, Indis grammaticis fuit, in tanta praesertim, quam Sanscritus sermo exhibebat, compositorum copia eorumque difficultate et obscuritate, ad significationis rationes singula referre et varias eorum classes describere.

Quae quidem generum descriptio ad indogermanicam quae dicitur grammaticam multa momenta habet — est enim nominum compositio linguarum indogermanicarum communis tamquam hereditas — sed ut ad rationem Sanscritae linguae accommodata est, ita non poterit temere ad aliam linguam adhiberi.

Compositio enim quum talis sit, quam lingua novissime progenuerit, fieri non potest, quin apud unumquemque populum sua sponte exstiterit et pro ingenio cujusque populi apud alium aliam et formationem et significationem progenuerit. Linguae igitur maxima necessitudine conjunctae aut in paucis admodum aut nusquam eadem composuerunt, vel ideo, quod in tanta stirpium multitudine valde varia semperque nova conjungendi potestas fiebat. Qua vero in varia potestate apud alium populum aliorum generum abundantiam invaluisse, vel maxime consentaneum est.

Quodsi verba composita ex arcta Graecorum compositione excipiamus[1]), adverbia quoque composita,

1) De Scaligeri praecepto Lobeckius ad Phryn. p. 561 seqq. satis accurate quaesivit. Equidem vero, quum saepius mecum reputaverim, quare factum sit, ut verba non componerentur, haud amplius hac de re miror. Nam inter compositionis leges hae quoque duae exstant, ne plures voces componantur, ut accentus compositi retrahatur. Sed si verba spectamus, nonne ipsa composita sunt, id quod accentus demonstrat? Componitur enim verbi stirps cum pronomine personali, accedit praeterea augmentum et reduplicatio. Quamobrem quidquid in verbi flexione eam compositionem non ostendit, aliam potuit subire, velut participium verbi *πλάζομαι* in *παλιμπλαγχθεὶς* apud Homerum, ut *παλίμπλαγκτος* apud Aeschylum, quamquam etiamnunc lexicis falso editur *παλιμπλάζομαι*, quod nusquam invenitur.

quae Indi grammatici avyayîbhâva appellant, excipiantur oportet.[2]).

Distinxerunt quidem Indi quoque grammatici arctam compositionem ab dissoluta et in illa adverbia composita posuerunt: at Graecorum arcta compositio ad aliam prorsus rationem revocanda est, quam scholiasta ad Pânini II, 1, 3 exposuit.[3]) Nobis quidem ea in Graeca Latinaque lingua videtur non arcta esse compositio, quae fortuito magis quam ex earum ratione et indole, quasi sua sponte, i. e. synthesi exstitit. Illa vero, quae sunt paratheta, prout aut forma aut significatione compositi locum obtinent, rursus aut ob significationis aut ob formae parathesin — verba et adverbia ob utramque — secernenda erunt.

Alia sunt denominativa, sive exstat nomen primitivum (*εὐεργέτης*: *εὐεργετεῖν*, *εὔ-φρων*: *εὐφρονιειν*, *εὐφρανιειν*, *εὐφραίνειν*), sive non exstat (*χαριτο-γλωσσος*: *χαριτογλωσσεῖν* = linguae indulgere). Nomen enim compositum, unde verbum derivatur, ut derivari possit, unam praebet eandemque simplicem vocem. Miror autem, cur Dindorfius apud Aeschylum Sept. 34 et Sup. 1015 denuo diviserit: *εὖ θαρσεῖν*, etiamsi 600 legatur: *θαρσεῖτε παῖδες εὖ*. Nec enim verba, quae cum praepositionibus una voce scribuntur, quum in tmesi satis saepe inveniantur, ab iis segregavit.

Notandum praeterea est, eorum quae cum praepositionibus componebantur, stirpes nominales cum iisdem praepositionibus componi solitas esse, unde verba derivata quidem, sed arcte composita redundabant (*ὑπέχω*: *ὕποχος*: *ὑποχέομαι*, *συμβάλλω*: *σύμβολος*: *συμβολεῖν*).

2) Qualiscunque apud Indos condicio est compositionis adverbiorum, apud Graecos eadem fere videtur esse, qualis verborum. Nam aut derivata sunt adhibitis affixis adverbialibus (*ὑπερβάλλω*: *ὑπερβολή*: *ὑπερβολάδην*), aut ex mera parathesi orta (*παραπολὺ*), quare nonnulla disjunctis parathetis melius scribuntur, velut *κατ' ἐνῶπα* pro *κατένωπα*. Antiquissima vero, quae usu decurtata inveniuntur nihil fere demonstrant nec in *ὑπέρμορα*, *πάραντα*, *παράπαν* aliis, quae in ipso accentu antiquitatem redolere videntur, compositionis potius accentus retractio exstat, id quod sentire videtur F. Justi, uber die zusammensetzung der nomina in den indogermanischen sprachen p. 74 (die adverbialen zusammensetzungen haben in vielen fällen den ton auf die ultima sinken lassen).

3) Cf. Justi p. 80.

De nominibus compositis.

Caput I.

Expenditur compositio arcta ex significatione.

Arcte compositorum propriae potestati parum consentaneum est, utramque partem (*παραθετικῶς*) eodem uti significationis genere. Ita quidem ex significatione non arcte composita esse ea arbitramur, quae Indi grammatici genere dvandva comprehendunt.

Cujus generis praeter duo exempla Graeca, ne ea quidem apta, Justius quidem aliud nullum afferre potuit. De altero quidem, quod laudavit, *νυχθήμερον* paullo infra disputabo; alterum *γυμνορρύπαρος*, c. l. p. 73 allatum, minime secundum Indorum genus dvandva compositum est, ut *γυμνὸς καὶ ῥυπαρὸς* significaret, sed ex more Graecorum altera vox alteri subordinatur ita ut dissolvi oporteat: *γυμνῶς ῥυπαρός* i. e. sordibus vel pannis ita obsitus, ut nudatum corpus appareat, quocum comparari potest Latinorum putricavus[4]).

Quae Todtius de Aeschylo vocabulorum inventore (Hal. 1855) enumeravit copulativa, prorsus non sunt in modum dvandva generis coordinata, velut *ἱππαλεκτρύων* et *γρυπαίετος* Aesch. fr. 137 ed. Herm., in quibus singulae voces, ut monstrorum partes, non coordinantur sed ita compositae sunt, ut illud sit *ἀλεκτρυών*, hoc *αἰέτος*. Nec enim Todtius intellexit, utroque composito, si copulatum esset, non duo sed bina animalia significari. At apud Indos hic quidem dualis numerus non poneretur, id quod certissimum hujus generis indicium est. Similem vero condicionem habet *ἀνδρόπαις ἀνήρ* Sept. 533, a Todtio falso copulatum: vir qui et puer

4) Justi p. 93: hohl und in folge davon morsch; Düntzer lat. Wortbildung s. 186 rechnet es zum dvandva.

et vir est. Equidem *ἀνδρόπαις* cum Hesychio (*παῖς ἤδη ἀνδρούμενος*) habuerim substantivum et *ἀνήρ* ejus appositionem. Eum enim quem poeta viro similem modo dixit, ipsum virum appellare pergit, quippe quum gradationem inesse his verbis:

βλάστημα καλλίπρῳρον, ἀνδρόπαις, ἀνήρ

facile appareat.[5])

Quae Lobeckius parall. p. 367 „ex notionibus coordinatis“ composita collegit, Indorum quidem divisionem non spectant.

Eorum, quae supersunt, Indorum generum Justius tria nomine subordinatorum complexus est, quae, quum Graecae linguae sit, subordinare ea quae componuntur, apud Graecos majoris videntur esse ponderis et momenti: karmadhâraya, compositio determinativa Boppio autore, appositive determinata Justio judice ea est, ubi nomina eodem casu et numero ponuntur, dvigu i. e. collectiva (Bopp) vel numeraliter determinata (Justi) ea est compositio, ubi membrum primarium determinatur diverso secundarii membri numero, tatpurusha i. e. compositio dependentiae (B.), vel casualiter determinata (J.), qua diverso casu membri secundarii primarium determinatur. Quarum classium priores duas quum Justius nomine determinativae compositionis comprehendat, quippe quod latius pateat quam ut primam definiat, ex iis, quae modo exposuimus, elucet, idem nomen pro omnibus tribus majore etiam jure adhiberi posse; etenim subordinatae composi-

5) Latina vero perpauca exempla, quae in medium proferri solent, aut formationis quoque parathesin ostendunt, velut ususfructus, sacrosanctus pro sacrus-sanctus quare disjunctim quoque (sacro sanctus) scribitur et per tmesin sacroque sanctum legitur apud Plin. VII, 44, 45 (cf. sacersanctus ap. Tertull. Cor. mil. 13) aut omnino non sunt hujus generis, velut vitilena Plaut. Most. 1, 3, 56, quae non est vitium et lena sed lena, vitium! i. e. vitiosa, gerulifigulus flagitii, apud eundem Bacch. 3, 1, 14, quod interpretandum est: figulus flagitii, qui ejusdem existit gerulus, nam inveniuntur, qui, quamvis fingant flagitia, ea tamen non gerant, moechocinaedus Lucil. ap. Non. 493, 26 et spatalocinaedus Petron. 23, 3, quorum uterque cinaedus est, sed alter qui *μοιχός* evadit, alter qui *σπαταλὸς* redditur ipsa *κιναιδίᾳ*. Quae omnia determinativis eodem modo attribuantur oportet, ut quae reliqua sunt possessivis v. n. 7.

tionis plane erit determinare. Justii porro nomen compositionis appositive determinatae, quia, nisi duo nomina componantur non quadret, Curtius erläuterungen zu meiner schulgram. ad §. 359 reprehendit. At quomodo compositorum classes supra definitas habemus, in omni fit, ut proficiscamur a nominum compositione. Quemadmodum tandem putandum est Curtium nominum compositione carere posse, cum tertiae classis composita nomine objectivorum comprehendat? Scilicet si reputaveris quanta sit Graecorum compositorum copia, quae per indeclinabilia formantur, tota haec divisio ex numerorum et casuum ratione repetita, parvum ambitum habebit. De descriptione vero ex numeris suspensa omnino non, si quid video, agi potest. Quod ut probemus, ad extremam reliquam classem transgrediendum nobis est.

Bahuvrîhi quidem, compositio possessiva Boppio, attributiva Curtio autore, ut Justius primus vidit, singularem rationem habet ad reliquas classes, quum ab iis in inferiore compositionis gradu collocatis proficiscatur, quibuscum forma persaepe plane convenit; ut Justii exemplum afferam, nostrum compositum loewenherz per leonis cor et qui cor leonis, ut leo habet interpretari possumus — quamobrem relativorum nomen ad hoc genus componendi accommodatum videtur esse. Jam inde quod in Graeca quidem lingua ex dvigu bahuvrîhi prodire non posse manifestum est, efficitur, ut dvigu primitivum compositionis genus in suspicionem vocare liceat. Immo contraria est ratio. Perspicuum enim est vel maxime, omnia Graeca dvigu progigni ex bahuvrîhi aut genere neutro adhibendo, velut *τὸ διώβολον* (*τὸ δύο ὀβολοὺς ἔχον*), *τρίιππον*, *τέτριππον*, *πένταθλον*, aut quum derivatio asciscitur, cujus generis sunt: *διωβελία* (*τό διώβολον ἔχον*), *τριοδία* (*τρίοδος ὁδός*), *τριγένεια* (*τριγενὲς γένος*), *τρινύκτιον* (*χρόνος τρίνυκτος*, quod formare liceat secundum Aeschyleum *ἀωρόνυκτος*); *ἐννῆμαρ* denique, quod Justius affert, ipsum est bahuvrîhi et adjectivum.[6])

Eodem fere modo quo dvigu ex parte ea quoque quae dvandva genus ostendere videntur, sub bahuvrîhi notanda sunt,

6) Ejusdem originis apud Latinos biduum, triduum, neutra adjectivorum biduus, triduus, et derivata trinoctium, quinquertium alia multa. Hoc unum justam dvandva generis speciem offerat: ternox Herculea Stat. Th. XII, 301.

velut *νυχθήμερον* (Justi p. 82) i. e. quod noctem et diem complectitur, neutrum genus adjectivi *νυχθήμερος*, quod ponatur oportet.[7])

Jam vero de Justii quidem sententia bahuvrîhi non poterit nisi ad karmadhâraya et ad tatpurusha genera revocari. Quae tamen ratio revocandi quatenus valeat parum perspectum habeo, quum, ut exemplum afferam, bahuvrîhi quidem saepius substantivum cum adjectivo componat, quae quidem compositio in duobus aliis generibus fere inaudita est.[8])

Plane perperam vero Justius statuit, quum ea hujus classis composita, quae cum indeclinabilibus conjuncta sunt, ex aliis illis repetat, quum, ut rem exemplo illustrem, p. 124 avâtá ex Sanscrita promptum per einen nichtwind habend interpretetur. Quam perversa sit haec ratio, luculenter apparet duobus Aeschyli locis inter se comparatis: *παῖδες ἄπαιδες* Eum. 1034 et *τοκέες τ'ἄπαιδες* Pers. 580. Eo, quem modo posui loco non de patribus agitur, quibus illud prius *ἄπαιδες* tribuatur, sed quibus omnino *παῖδες* abjudicantur. Inter utrumque compositionis genus ratio nulla intercedit; quod enim priore loco exstat *ἄπαιδες*[9]) per quae non sunt filiae, quod posteriore per qui non habent liberos (avâtá per wind nicht habend) interpretandum est. Similis diversitas inter *ἀντίπορος* (*ἀντὶ τοῦ πόρου ὤν*) Pers. 66 et *σύνορθρος*

7) Apud Latinos idem neutrum genus invenitur in suovetaurilia, plurali tantum, quo facilius pro adjectivo accipi possit, supplendo substantivo sacrificia i. e. ea, in quibus sus, ovis, taurus mactantur et adhibita derivationis terminatione struferctarii i. e. qui struem ferctumque portant — utrumque bahuvrîhi.

8) v. Lobeck. ad Phryn. p. 600: non solent Graeci substantivum cum adjectivo ita componere, ut compositorum eadem significatio sit, quae fuerat appositorum. Ea fere evadit nisi aut bahuvrîhi adhibetur aut (qui solus inferior hujus compositionis gradus habendus est, ut paullo infra videbimus) totum compositum adjectivi formam accipit, velut Aeschylea illa *ὦ πάτερ αἰνόπατερ*, *πόλιν νεόπτολιν*, *πολύπλαναι πλάναι* (*τηλέπλαναι πλάναι*) ubi pars primaria ut participium conjunctum interpretanda est et adjectivum secundarium adverbii vice fungitur. Nullum igitur discrimen intercedit inter *Αἰνόπαρις* et *Δύσπαρις*.

9) adjectivum secundum n. 8, quare Schuetzius recte opinatus est *ἄπαιδες* eodem sensu dictum esse, quo *παλαιαὶ παῖδες* supra 69.

(ὄρθρον ἔχων σὺν) αὐγαῖς Ag. 253 intercedit. Bahuvrîhi quidem superiori compositionis gradui assignanda sunt, tali vero qui audaciore quadam linguae libidine exierit. Notio possessiva proprie per se subjecta est parti primariae (avâtá = nicht windig), cujus sensus praecedente indeclinabili adverbialiter, tamquam verbalis, determinatur.

Equidem vero, si gradum inferiorem hujus compositionis statuere liceat, non invitus fecerim, ut de similitudine participiorum cogitem: ἄπαιδες cum παῖδες conjungitur ut participium relativae constructionis (cf. n. 8), at, quod cum τοκέες jungitur, ἄπαιδες verti potest: filiis mortuis, ablativo absoluto, et καλλίπαιδες: filiis pulcris.[10])

Quamquam in iis, quae attuli, exemplis verbum possidendi facile suppletur, multa tamen possessiva inveniri, quibus minus conveniat, Curtius c. l. recte contendit. At in eo erravit, quod, quum aliud aptius verbum desideret, etiamnunc ejus subjectum extra compositum opinatus est. Subjectum enim ipsa compositi primaria pars est, quae quum semper substantivum sit, secundaria parte aut adverbialiter (ἄπαις = cui filii non sunt) aut praedicative (καλλίπαις = cujus filia pulcra est) aut attributive[11]) determinatur.

Quare inverso Justii nominum ordine, inferiorem gradum relativorum, superiorem absolutorum nominibus appellare maluerim. Sed si notionem subjecti in utriusque discrimen incidere constat, absolutis inesse, non inesse relativis apparet Utrumque genus adjectiva comprehendit, sed eorum quae absolute componuntur, ratio adjiciendi magna quadam loquendi audacia factitatur (cf. n. 11.) Nihil igitur mirа-

10) et ablativus absolutus et, quod idem est, ablativus qualitatis, unde possessivorum significatio optime redundat. Eadem constructio apud Francogallos inveniri potest, quum dicunt: le lièvre dort les yeux ouverts i. e. oculis apertis vel supplenda habendi notione: oculos apertos habens.

11) Eur. Phoen. 1355: ἀνάγετ', ἀνάγετε κωκυτὸν
ἐπὶ κρᾶτά τε λευκοπήχεις κτύπους χεροῖν

i. e. albis brachiis sc. manus moventibus, quod ad κτύπους grammatice spectat, logice ad χεροῖν. Hic quidem accidit, opinor, quod Justius p. 117 tam pulcre quam vere dicit: der begriff des zeitworts liegt nur geistig in dem gefüge der wörter und gibt auf nicht sichtbare weise dem satze sein leben.

mur, quod ea superioris gradus compositio, ut erat ex industria quadam ingenii et imaginandi vi profecta, solutae orationis aequabilitati parum conveniebat.

Etenim prodierat, si quid videmus, ex figura apud poetas valde usitata, qua pars pro toto poni videatur. Antiquitus fortasse magis frequentabantur composita, qualia sunt apud Homerum ποδώκης Ἀχιλλεύς (= πόδας ταχύς N. 348), ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις (= πόδας ὠκέα B 790) θυμολέων (si animum spectas, leo, leoni similis) alia id genus (tatpurusha). Postea inverso etiam partium ordine illam figuram assumere non dubitabant, velut in ὠκύπους, ἀργυρόπεζα, quae proprie substantiva sunt: quin etiam ἀμφικύπελλον disjunctim quoque scribi potuerit. Nostrum compositum loewenherz, quod supra attulimus, quum apte comparetur blandimentis nostris: mein herz, herzchen! et dici possit: Richard, das loewenherz! hoc modo circumscriptione plane non eget.[12]) Denique et adhibita formatione adjectivi velut in λεοντόθυμος, ὠκύπος, ἀργυρόπεζος, ἀμφικύπελλος et quum praeter modum diffunderetur, ipsa illa figura remota[13]) et novum compositionis genus ortum est.

Ceterum in eo quod tres Indorum grammaticorum classes: karmadhâraya, tatpurusha, bahuvrîhi etiamnunc concedimus linguae Graecae cum Curtio nobis convenit.[14])

12) Nec quum μαλακαίποδες, quod apud Theocr. XV, 103 legitur, disjunctim scribatur, accusativum πόδας cum Ahrensio poni necesse est.

13) Exempli causa affero Aesch. Sept. 501: Πάλλας ἥτ' ἀγχίπτολις (Stanleji conjecturam) ubi de parte nihil amplius sentitur.

14) v. ejus gram. graec. §. 359.

Caput II.

De formatione compositorum.

Hactenus quidem Indorum grammaticorum studia ea sunt, quae in nostrum usum convertere possimus. Nec versantur tamen nisi in significatione compositorum, quum ea, quae nostra aetate de compositione viri docti Marte suo quaesiverunt, formam fere spectent.

Qui quidem inprimis id agebant, ut vim et notionem vocalis compositivae, quam Grimmius primus sic quidem appellavit [15]), accuratius definirent. Quae de hac re opiniones prolatae sunt, nobis quidem vix probantur. Etenim, quamvis nomen illud plane ingeniose sit inventum, quid in ipso hoc nomine lateat, haud facile est ad investigandum.

Est vero ea vocalis, quae in commissura compositorum comparet, etsi ad neutram compositi partem pertinere videatur. Acceperunt quidem illam vocalem, acsi mero connectendi munere fungeretur.

At vel maxime offendit varia ejus forma crebraque productio, vulgo ex solis metricis rationibus nimis saepe explicata. Eam sonorum varietatem Justius ad unum (a) revocare studuit, vim jungendi (nimm hinzu!) ei subjiciens. Cui rei si fidem habere liceret, etiam iis assentiendum esset, qui in comparandis linguis versantes eo studio tenentur, quo vel levissimae particulae notionem plenae vocis obtrudunt. Quorsum omnino accipienda sit copulativa vocalis, quae non solum ante vocales sed etiam post vocales exhibeatur. In Sanscrita saltem lingua haec lex minime valet, ex qua ipse

15) nomen compositionsvocal latius quidem, opinor, patet quam nomen bindevocal, vocalis connexiva, quam ante Grimmium viri docti alias quoque, nimis saepe adhibebant.

Justius p. 57 duo tantum connexivae vocalis exempla et ne ea quidem satis certa protulit.

Sed in illo sermone propterea non opus erat vocali connectente, quia stirpes in vocalem cadentes ad composita formanda adhibebantur ex iisque omnis compositio suspensa erat.

Quodsi Grimmium [16]) secuti in omni Graecae linguae justa compositione vocalem compositivam nobis videre videmur, facere non possumus, quin stirpes ad compositionem adhibitas in vocales exire judicemus.

Jam vero, quum vocalis compositionis, quantum videmus, apud Buttmannum [17]) declinationis vocalis audiat, nobis quidem hanc statui legem placet: Nomina non componuntur, nisi ita conformata sunt, ut declinationem stirpium vocali terminatarum sequantur.

Terminationum nulla flexio est, consonis in fine stirpium accumulatis, id quod luculenter ex recentium linguarum ratione apparet. Veteres vero linguae ita sunt in universum comparatae, ut a primo initio stirpes in vocales tantummodo exiisse putes. Quum autem vocales sensim extererentur, stirpes in consonas exire coeperunt. Qua in re perinde est, utrum anti-

16) deutsche gramm. II, 966: von dem compositionsvocal hängt alle eigentliche zusammensetzung ab.

17) ausf. gramm. II, 456: ist das in der zusammensetzung vorangehende wort ein nomen, so wird, um den bindevocal der zusammensetzung zu bekommen, am gewöhnlichsten die declinir-endung solches nomens in o gebildet, welches aber, wenn das folgende wort mit einem vocal anfängt, in der regel elidirt wird.

Inter exempla, quae afferuntur, hoc legitur: *ταξίαρχος* für *ταξιό-αρχος*, ubi o vocalis si declinationis terminatio accipienda est, necesse est *τάξις* nomen in compositione ex Buttmanni quidem sententia secundae declinationis legem sequi, ita ut *τάξιο-ς* sumserit, quod quidem pro simplici quoque nomine sumendum est, si comparaveris *ταξιό-ω* denominativum, quod exstat apud Pind. ol. 9, 118. Qui quum composuerit *πολιάοχος* et apud Homerum B 806 *πολιήτης* pro *πολίτης* legatur, simili modo fit, ut *πολια* ponamus, quamvis haec simplex forma nusquam inveniatur — de simili tamen Dorica mutatione nominum *Ἆγις*, *Φίντις*, *Λῦσις* in *Ἀγίας*, *Φιντίας*, *Λυσίας* i. e. tertiae declinationis in primam v. Ahr. dial. II, 233. Porro ne in derivatis quidem nomen *πόλισσα* exstat, quod Buttmannus p. 461 Aeschylea composita *πολισσονόμος* et *πολισσοῦχος* interpretans, jure suo posuit.

quitatis tenacem an renovandae ejus studiosam eam dialectum dicamus, ubi exempli causa nomen ὄσσε in dativo numeri pluralis sequebatur ejus declinationis legem, quae stirpibus vocalibus continetur, quam brevi dehinc liceat vocalem declinationem appellare. Nec enim grammatici dubitarunt ad explicandas formas ὄσσοις (Sappho), ὄσσοισι (Hesiodus) nominativi singularis numeri formam ὁ ὄσσος statuere.

Abierunt autem in declinationem vocalem et apud Aeoles (Ahr. p. 236) et apud Dorienses (Ahr. p. 230) multa tertiae declinationis nomina praesertim dativi pluralis numeri, in quibus grammatici[18]) quidem genitivum singularis numeri pro nominativo secundae declinationis accipiendum esse docuerunt. Quod quamvis in communi quoque Graecorum sermone multis exemplis probari possit[19]), nequaquam tamen opus est, ut genitivum plane nominativi vices suscepisse opinemur: Satis erit statuisse, ubicunque consonarum concursus existebat parum tolerabilis (ὀσσ-σι) adhibitam esse stirpem in vocalem eadentem (ὀσσο-ς).

Jam talem consonarum concursum praesertim in compositione accidisse vel maxime consentaneum est, ita ut hoc potissimum loco stirps vocali terminata asscisceretur. Quo factum est, ut ejusdem stirpis nonnunquam utraque et nominativi et genitivi forma pro natura litterarum initialium stirpium sequentium in compositione exstare videatur.

18) cf. Aristoph. ap. Eustath. 279, 38.

19) qualia sunt simplicia haec: ἕλιξ et ἑλικός, φοῖνιξ et φοινικός, μάρτυς et μάρτυρος, φύλαξ et φύλακος — Aristarcho, qui φυλακός, hoc accentu, scribi vult, repugnat nomen proprium Φύλακος; quare ex accentu distinxerim inter vetustiora φύλακος, μάρτυρος et recentiora ἑλικός, φοινικός, quae genitivi speciem notione quidem videntur prae se ferre — tum vel maxime composita ut ἀβλῆς et ἄβλητος, in quibus partium posteriorum notiones separavit Homerus — non separaverunt qui νιφόβλης et νιφόβλητος alia composuerunt — denique simplicia et composita velut γάλα et ἀγάλακτος (γαλακτο-φάγος), ἀνήρ et φίλανδρος (ἀνδρό-παις), χάρις et γλωσσοχάριτος (χαριτο γλωσσεῖν), nam de adjectivi terminatione derivativa in ἀγάλακτο-ς non magis quam in ἄψυχο-ς, ἀδίοπο-ς cogitari potest. (Jam vides vocalem compositionis vel declinationis aeque concedendam esse et posteriori et priori parti: eadem enim stirps γαλακτο et in ἀγάλακτο-ς et in γαλακτο-φάγος exstat.)

Ut unum exemplum afferam Graeci Dei nominis: Θευ- quod in pluribus Doriensium compositis, plerumque in nominibus propriis, velut in Θεύδοτος, Θεῦγνις invenitur[20]), contractum censuerunt e stirpe Θεο-. Quamvis Attica ejusdem stirpis contractio Θου- offeratur et ipsa stirps non contracta exempli causa apud Homerum exstet in θεόδμητος, θεοειδής, θεόπροπος ejusque derivatis, tamen apud eundem haec composita leguntur: θέσκελος, θέσφατος, θέσπις, θεσπέσιος, Θέσπε(σ)ια, Θεσπρωτοί, haud dubie formae vetustiores. In iis θεος formam decurtatam esse Boppius vergl. gramm. §. 971 opinatus est et in θεόσδοτος, quod apud Hesiodum opp. 322 legitur, dativus pluralis numeri mirum in modum corruptus esse dicitur.[21])

Nobis quidem multo expeditior videtur via ad explananda illa antiquissima composita θέσκελος etc. aperiri posse, composito nomine Βόσπορος in comparationem vocato. Utrimque spirans littera sigma ex altera digammo nasci potuit[22]), praesertim quum labialis sequeretur. Stirpes vero θεF et βοF in consonas exeuntes, quoniam vocalis non est elisa, ad nominativum tertiae declinationis pertinent, ubi altera quidem βοF satis nota est, altera θεF fortasse in dubium revocatur. Attamen quominus de ea dubitetur, etiamsi minus adjectivum θεῖος pro θέFιος impediat, quod plane respondet alteri δῖος pro δίFιος[23]), impedit certe Doriensium nominativus Θεῦς, apud

20) cf. Ahr. dial. II, 215.

21) apud Benfey griech. wurzel-lex. II, 208.

22) ut alias quoque velut in Νάστης a νάFω (ναύω aeol., νήω ion., νέω att.), κλάστης et κλαστήρ a κλάFω (κλάσσω, κέκλασμαι), Κάστωρ et κάστωρ a κάFω (καύσω, κέκασμαι passive positum ap. Aesch. Eum. 766: εὖ κεκασμένον δόρυ, quod verto: hastam bene adustam cf. Curt. de reb. Alex. II, 2: hastis igne duratis) fortasse etiam in Θέστωρ a θέFω (θέσσομαι; ἐθεσσάμην fuerit ejusdem stirpis cum θέω, unde Plato Cratyl. p. 397 θεός derivavit, forsitan medium ejus causativum

θέω: θέσσασθαι = (zu hilfe) eilen: zu hilfe rufen

unde passivo sensu ἄ-, ἀπό-, πολύ-θεστος derivantur apud Curtium grundz. der griech. etym. I, 220, fortasse etiam derivandum est βοηθός pro βοηθόος ut χείμαρρος pro χειμάρροος).

23) grammatici ΔΙΣ nominativum (gen. ΔιFός = Διός) recte posuerunt.

Callimachum exstans, quem contractum habere non licet, quod ipse accentus docet[24]). Dorienses enim barytonesi non utebantur, id quod vel maxime de nomine ϑεός constat, quod contractum ϑεύς hoc accentu affici debuit. Nec reliqui casus contracti inveniuntur; accusativus Θεῦν enim, qui item apud Callimachum exstat, ad nominativum Θεῦς pertinet ut βοῦν ad βοῦς, γραῦν ad γραῦς. Neque vero insoliti quidquam habet, quod nominis Θεῦς notio apud Callimachum (τὴν ϑεῦν Ἄρτεμιν) latius patet, quam formae Ζεύς, quod ipsum apud Plutarchum (Δίες καὶ Ζῆνες) plurali etiam numero ponitur. Praeterea Θεύδοτος rursus praebere Ζεὺς notionem apparet. Quare amplius dubitari non potest, quin Callimachus cum Doriensibus Θεῦς pro Ζεὺς vel potius pro Ζεῦς hoc recto Aeolum accentu (ut βοῦς, γραῦς) scripserit. Porro ut βουκόλος, βούβοτος ad nominativi stirpem revocatur, Θεύδοτος et Θεῦγνις ad nominativum Θεῦς referenda sunt.

Genitivi autem ΘεFός[25]) parathesin in ϑεόσδοτος, ϑεοσεχϑρία Ar. vesp. 418, ϑεοσκυνέω Hesych., synthesin in ϑεόδοτος, ϑεοεχϑρία, Θεόφραστος (Θούφραστος att.) invenimus. Ceterum is genitivus non distat ab altero Διός quoniam nihil fere discriminis inter ϑεόσδοτος et διόσδοτος hoc quidem modo intercedit. Apparet denique, quam prope genitivus, quem posui, ΘεFός accedat ad nominativum ϑεός, qui ipse vocativi quoque vice fungitur, acsi in hoc nomine ejusdem originis sit appellari et invocari.

In ejus quidem nominis componendi[26]) ratione vidimus,

24) cf. Buttmann ausf. gr. I, 111.

25) exspectaveris genitivum Θεως, cujus producta terminatio ut in ἀμφορέως ab ἀμφορεύς, βασιλέως a βασιλεύς — genitivus nominis λεύς quod non exstat nisi in hoc composito pro notione nominativi in usum abiit — debeatur extrito digammo. Quae productio non exstat nisi in ϑεηκόλος, quocum apte comparari potest ἀμφορεαφόρος.

26) Inter varias ejus simplices formas idem discrimen intercedit, ut pars earum breviorem stirpem praebeat: Ζεὺ-ς, Ζὴ-ς — extrito digammo productio debetur (cf. n. 25) ut in ϑησάμενοι pro ϑεF-σάμενοι (αἰτησάμενοι Κρῆτες Hesych. = ϑεσσάμενοι cf. n. 22, λαβραγόρης pro λαβρο + αγορεF-ς, Τύδης pro ΤυδεFς, νᾶς pro ναFς alia id genus ap. Ahr. dor. 166 — Θεῦ-ς, ϑέF-ιος = ϑεῖος, ϑίF-ιος = ϑῖος· ϑεός Κρῆτες Hesych., ut Latini divi pro dii, Σδεὺ-ς, Δεὺ-ς, Aeoles*), δίF-ιος = δῖος; pars longiorem: Θεό-ς (Θεῦ ς, ΘεF-ός), Θιό-ς (Cretes cf. ϑίF-ιος supra), Σιό-ς (Lacones) nominativi, Διό-ς (ΔιF-ός cf. n. 23) genitivus etc. Quem genitivum Διός quoque nominativi munere fungentem deprehendere possumus, siquidem hanc ob causam Latinum sermonem in comparationem vocare licet. Praeter deus enim nominativum, qui ipse aptissime comparatur cum Aeolum nominis Δεὺς genitivo ΔεFός, alter dius (= Διός) ponendus est, unde formae dii, di, diis ducantur, qui in nudius (nunc dius) ipse servatur.

ex parte stirpem in consonam exeuntem servatam esse consonis, quae sese excipiunt inter se assimilatis, cujus generis sunt ϑέσφατος, Βόσπορος, τελεσφόρος, σακέσπαλος, κερασβόλος, μελάνδετος, μελάγκροκος alia multa.

At hoc assimilandi genere compositio si sese continuisset, tantum compositorum proventum ferre non potuisset, quem adhibita stirpis vocali tulit. Quam vocalis opem praesto fuisse patet iis modo stirpibus quae in literam spirantem exeunt. Digamma quidem facile in vocalem mitigatur, velut in ϑεύδοτος, βούϑυτος, ναύκληρος. Sigma autem nominum in ος (εσος)

Nomen autem dies, si pro διεF-ς accipiatur, omni ex parte respondeat Graeco Ζὴς, quod eodem modo atque quintae Romanorum declinationis substantiva ab initio primam sequebatur, nam Ζῆν' falso videtur apud Homerum scribi pro Ζήν = diem et correpta vocali Ζάν = jam. Porro dius — ablativus diu solus servabatur — quod compositum esse videtur in Jupiter**) pro Diu-piter, vocalem productam diphtongo (dieus) debet, quem Latini ut Aeoles (cf. Ζὴς pro Διεὺς) hoc modo vitare solebant, quum in genitivo Jovis (ΔιεF-ος) e in o mutaretur et in divus (ΔιεFο-ς) i et e vocales, ut in Dis pro Dies, coalescerent. Quamquam quomodo tertia declinatio nominum Dis, Ditis et Ζής, Ζηνός explicanda est? — Similiter quidem atque obliqui nominis Ζὴς casus Latinum nomen Diana (Jana) stirpem littera n amplificatam exhibet, quippe quod non aliter descendat a dius, quam Θεανώ a ϑεός, Διώνη a διός cf. Ahr. dor. 80.

Ceterum in διός et ϑεός levem quandam diei notionem inesse arguunt fortasse hinc composita ἔνδιος et nomen proprium Πασιϑέη in versu Homerico illo, nondum satis explicato:

Πασι ϑέην ἧς τ'αὐτὸς ἐέλδομαι ἤματα πάντα.

*) unde δεF-ποτνια = δέσποινα simili modo, quam quo supra ϑέσπις etc. explicavi, compositum esse opinor, praesertim quum de deabus id nomen inprimis in usu fuisse traditum sit, quod probabili explicatione non jam gaudet cf. Curt. grundz. I, 248.

**) Diespiter fortasse ex DieF-piter ortum est, nam quominus de substantivo dies cogitemus, impedit certe vocalis i in piter pro pater, id quod Corssen ausspr. II, 295 in adnotatione docet, quum Januspater sit παράϑετον.

εος, quod in antiqui *τ* locum successit, ut in declinatione plane evanescit et ea nomina etiam declinationem vocalem sequi patitur[27]), in compositione idem facit, velut in *σκοτο-μήνιος*, *ῥυπο-κόνδυλος*, *κριν'-άνθεμον*, *δενδρο-κόμης*.

Eadem vero *τ* litterae nominum in *ας* (*ατος* = *ασος*) *αος* condicio est, velut in *γηρο-βοσκός*, *κερο-βάτης* aliis, quum ea, quae in *μα*, *ματος* cadunt, *τ* stirpis nisi in compositione velut *στόμα* in *αἰολόστομο-ς* et *στομ'-αλγής*, *σῆμα* in *ἄσημο-ς* et *σηματουργός* (*σηματο-εργός*) non amittunt, nisi forte *αἶμος* vel *αἱμός*, quae grammatici afferunt, idem est atque *αἷμα* (cf. n. 48 s. f.)

Restant tamen complures nominum formae, quae in alias consonas exeuntes, ut componantur, declinationem vocalem non sequi non possunt. Haec ratio, quum ad maximam nominum partem pertineret, ita paulatim increbuit, ut jam in omnibus compositis valeret — quin etiam stirpes in *ι* et *υ* cadentes, quamquam ut stirpes in vocales cadentes facili negotio cum aliis componi poterant, velut in *ὑβρι-γέλως*, *ἀστυ-βοώτης*, adeo ut *ι* et *υ* eliderentur aeque atque *ο* velut in *ὑβρ'-αγόρας*, *ἀμβλ'-ωπός*, tamen compositionis vocalem adhibere solent: *ὑβριο-παθέω*, *ὀφιό-δηκτος*, *πολιο-φυλακεῖν*, *πιτυο-κάμπτης*, *δακρυο-γόνος*.

Stirpes vero nova forma indutae quum in tertia declinatione plerumque cum genitivo congruant forsitan aliquis dixerit eam vocalem novam nihil aliud esse nisi vocalem copu-

---

27) cf. *σκότος*, *ῥύπος*, *κρίνοις* et *κρίνεσι*, *δένδροις* et *δένδρεσι*, *ὁ* et *τὸ ὄσσος* apud grammaticos pro formis *ὀσσέων* (Hesych.), *ὄσσοις* (supra), et in posteriore compositi parte *ἀμφίδρυφος* = *ἀμφιδρυφής* (utrumque apud Hom.), nam haec masculini generis terminatio *ης* (*εσος*) *εος* quasi transitum factitabat.

Comparaveris praeterea, si placet, comparationem adjectivorum declinationis vocalis, quae vice versa harum nonnunquam stirpium legem sequuntur, velut *ἐρρωμένο-ς* in *ἐρρωμενέσ-τερος*, *ἄκρατο-ς* in *ἀκρατέσ-τερος*, *ἁπλόο-ς* in *ἁπλούσ-τερος*, acsi contractum sit ex *ἁπλοέσ-τερος*, *ἄφρων*, *ἄφρονο-ς* in *ἀφρονέσ-τερος* (adhibita stirpe genitivi ut *ἐπίχαρις*, *ἐπιχάριτο-ς* in *ἐπιχαριτώ-τερος*), *ἅρπαξ*, *ἅρπαγο-ς* in *ἁρπαγίσ-τερος* (mutata praeterea vocali *ε* in *ι* ut *λαλίσ-τερος* pro *λαλέσ-τερος*, *πτωχίσ-τερος* pro *πτωχέσ-τερος*), *ἄσμενος* in *ἀσμενέσ-τατα*, immo *ἀσμεναίτατα*, quod vocali auctum opinor positum esse pro *ἀσμενασί-τατα* cf. n. 54.

lativam tertiae declinationis eandemque mutationem subire velut in *ποδά-νιπτρον* ut in accusativo *πόδα*, in *γαλακτο-φάγος* ut in genitivo *γαλακτο-ς*.

At prorsus alia est mutatio vocalis copulativae tertiae declinationis, alia vocalis compositivae. Hujus enim nulla alia mutatio, nisi characteris declinationis vocalis. Sed quum character generis causa mutationem subeat, in vocali compositiva generis discrimen non amplius valet, ubi soni mutatio euphoniae potius inservit.

Inter leges enim, quae ad compositionem pertinent, haec quoque habenda est, ut numerus quidam efficiatur. Etenim quodlibet compositum non prae se fert unius vocis speciem, nisi syllabarum numeri eodem modo ad aures accidunt, atque in singulis nominibus simplicibus. Numeri vero syllabarum pendent ex earum quantitate. Hinc accidit ut tam saepe productam posterioris partis syllabam initialem deprehendamus (*παν-ώλης*), hinc si extrema prioris partis syllaba i. e. vocalis compositiva producitur (*νεη-γενής*). Quae enim est in compage compositi productio, aequabilitatem quandam toti composito infert, praesertim quum prior aut posterior compositi pars stirpem offerat breviorem, quam ut alterius partis ambitu non opprimeretur. Apparet praeterea quomodo ab Homero ad *γένος ἶσον* adaptata sint *ἑκατη-βελέτης*, *ὀδυνή-φατος*, *στεροπη-γερέτης*, ad *γένος διπλάσιον* ab Aeschylo *ἀνη-κίδωτος*, *ἱππη-λάτης*, *ἀξ-ονή-λατος* alia.

Ad aequabilitatis rationem ex parte etiam aliae litterarum mutationes in compositione conspicuae referendae sunt, quales sunt elisio vocalis, ubi nulla esse debebat, velut in *κραταί-λεως* pro *κραταιό-λεως* apud Aeschylum, nulla elisio, ubi eam exspectaveris velut in *πολιά-οχος* apud Pindarum, quoniam proceleusmaticus parum commendationis habebat, crasis, ubi ea non plane opus erat velut *φροίμιον* pro *προ-οίμιον*, *πρευμενής* pro *προ-ευμενής* alia[28]), denique consonae geminatio, quae nunquam non adhibetur

---

28) extra nominum compositionem apud Aeschylum haec exstant exempla *προὐννέπω δ'ὑμῖν* Eum. 98 cf. 882, *πάντα προὐξε-πίσταμαι* Prom. 101 cf. 699 et quae similis est contractio in *προῦπτος ἀγγέλου λόγος* Sept. 846.

ad ϱ litteram velut in κακο-ϱϱήμων, δημο-ϱϱιφής, αἱματο-ϱϱόφος et, hac ipsa aequabilitatis lege observata, nonnunquam ad sigma: exempli causa affero κραιπνό-συτος apud Aeschylum ferri, θεόσυτος ferri non posse, nisi duplici sigma libris ipsis auctoribus. Neque accentum ei legi non inservisse dixeris, dummodo comparaveris χρυσ-εγχής cum μεν-έγχης Aesch. fr. 448.[29])

Jam accedamus ad ipsam stirpium vocalium compositionem. Etiamsi primae declinationis vocabula vocalem propriam saepenumero retinebant, loco praesertim posteriore posita, oxytona potissimum, velut χαρμὴ in μενεχάρμης, ἱππιοχάρμης, χαιτὴ in ἱππιοχαίτης apud Homerum, αἰχμὴ in φυγαίχμης, ἀλκὴ in Σευάλκης apud Aeschylum et ἀλκά in Μενάλκας apud Theocritum, — tamen alia sunt velut γυναικοφίλας apud eundem, ἀκάκας apud Aeschylum[30]) quae, si cum φίλος et κακὸς[31]) recentioribus ut videtur simplicibus, comparantur, primam et secundam declinationem ab origine unam eandemque fuisse arguunt. Attamen secundae declinationis vocalis o in Graeca quidem lingua compositionis vocalis vices suscepit, discrimine generis repudiato, ita ut lingua quasi ad genuinam formam revertisse videatur. In Sanscrita certe una vocalis a per omnia genera retinetur. Id quod apud Graecos quum in priore compositi parte minus miri habeat, habet profecto in posteriore, ubi vocalis generis divisioni inservire debebat, velut in illo Aeschyleo πρὸς πέτρα-ις ὑψηλο-κρήμνο-ις.

Sive casu aliquo sive poetae consilio et ratione factum est, ut eandem utriusque partis terminationem apud

29) Eandem fere condicionem in comparatione adjectivorum nonnunquam et accentus habet velut in κενότερος et στενότερος, ubi veteres primas syllabas acuisse videntur, τὸν φυσικὸν τόνον φυλάττοντες — nam littera ν duplicata videtur esse secundum Aeolicam originem: κεινος, κενιος (κενεός Jones), κεννος — et productio elisioque stirpium vocalis velut in φιλώ-τατος et φίλ-τατος, παλαιό-τερος et παλαί-τατος.

30) Pers. 855 A. B. Guelf. ἀκάκης vulgo. ἄκακος Cantabr. primus, quocum fortasse conjungi debet κάκκας Suppl. 828, quod per καταβάσεις in scholio explicatur.

31) Aesch. Pers. 664: ἄκακε Δαρειάν.

Aeschylum deprehendamus in οὐρανό-νικο-ς, ὀρο-τύπο-ς, οἰωνο-κτόνο-ς, κροκό-βαπτο-ς, φοινικό-βαπτο-ς, δαρό-βιο-ς, παιδο-βόρο-ς, χιονό-βοσκο-ς, ἀνδρό-βουλο-ς, γυναικό-βουλο-ς, γαιο-νόμο-ς, δακρυο-γόνο-ς, λινό-πτερο-ς, χαλκό-στομο-ς et in aliis multis, quae aequatis stirpibus composuit, — videmus in his compositionem jam in summo formandi gradu consistere. Facile iis, quae modo protulimus, Latina composita: armi-lustri-um, lecti-sterni-um, selli-sterni-um, verti-cordi-a alia comparantur, quae quidem ex fecundiore linguae aetate originem ducere videntur.

Neque enim aliter ac Graeci o vocalem adhibent ad factitandam compositionem, Latini i littera uti solent, quare ut νυκτός et noctis, genitivos tertiae declinationis, comparare etiam opinor licet νυκτο-πλανής et nocti-vagus, multiformi-s (forma) et πολύμορφο-ς (μορφή), — et quum in Graeco sermone vocalis tantummodo in compositione in ι litteram debilitetur velut in νυκτί-πλαγκτος, apud Latinos eadem vocalis i etiam in declinatione increbuit: noctis.[32])

Itaque tum in Graeca lingua quaedam composita ι littera compositiva inveniuntur velut Ἀρηίθοος, πατρίληκτος[33]) — tum in Latina o littera in quibusdam exstat, velut in viocurus, merobibus.[34])

Quod adhuc stirpes in vocales cadentes semper praesto fuisse Graecae compositioni[35]) demonstravimus, inde non effici-

32) Quare apud Latinos quoque in ea compositionis vocali de terminatione genitivi tertiae declinationis cogitari potest, praesertim apud Plautum in illo unguenta multigenerum pro multigeneria vel multorum generum; multigeneris enim in posteriore parte quasi offert genitivum tertiae declinationis, qui nominativi vice fungatur. Alia sunt multigenus et multigenerus, multipes et multipeda (crupeda = κρουπέζα), quadrupedus et quadrupedans (cf. n. 48), ubi breviores et longiores stirpes aeque ut in Graeco sermone exhibentur.

33) saepe evitandae ambiguitatis causa ι pro ο in usu videtur fuisse: πυροφόρος quidem et πυρηφόρος ad stirpem nominis πυρός pertinent, quum Homerus (πυριήκης, πυρίκαυστος) et Aeschylus (πυριγενετής, πυρίδαπτος, πυρίφατος) in componendo nomine πῦρ stirpe πυρι utantur.

34) in quibusdam fortasse evitandi litterarum ii concursus causa, velut in Virgilio-centones pro Virgilii.

35) Idem fere fit, ut supra n. 17 jam monui, in derivatorum formatione velut in λαμπαδό-εις, ubi stirpem vocalem nominis λαμπάς, quae est λαμπαδο exstare, vel maxime consentaneum est.

tur, ut stirpes in consonas exeuntes ad synthesin adhiberi non potuerint. Cui rei repugnaret ipsa observatio. Sed, ut supra ostendimus, consonae, quae in compage compositi concurrunt, inter se infestae non debent esse. Immo quo major inter eas necessitudo intercedit, eo firmior synthesis evadit.

At si universa compositio hoc usu stirpium in consonas cadentium contineretur, debuit acquiescere in ipsa litterarum familiaritate. Id quod contrarium esset compositionis naturae, quae stirpium sicut syntaxis nominum conjunctiones quaslibet admittere debet. Apparet quod stirps in vocalem exiens semper in promptu esse debuit, ex qua omnis justa compositio (cf. n. 15) penderet.

Posteriore potissimum tempore, quum memoria tolerabilium consonarum conjunctionis paene oblitterata esset, stirpium in vocales desinentium usus invaluit. Quamquam postea quoque in paucissimis quibusdam compositis analogia stirpem consona terminatam admittebat, — tamen, quo tempore stirpes aut in vocales aut in consonas prout ferebat necessitas adhibebantur, tum compositio floruisse putanda est.

Quodsi Graeci ad procreandam compositionis vocalem a genitivo profecti esse videntur, quam in rem comparare juvat Aeschyli *Κυνοκέφαλοι* cum antiquo nomine proprio *Κυνὸς κεφαλαὶ*, dixerit quispiam Graecam synthesin ex genuina parathesi prodiisse[36]) et comparaverit Germanicam et Anglicam linguas, quarum plurimis in compositis s terminatio genitivi offertur. Sed quum hic quidem genitivus per parathesin explicari possit, Graecae linguae non eadem ratio est et

Praeterea liceat recentiorem Graecorum linguam in comparationem vocare, quae in hunc modum nomina vocali terminata multa exhibet, velut *λαμπάδα*, *ἐλπίδα*, *γυναῖκα*, *μῆνα-ς*, *ῥήτορα-ς*, *γέροντα-ς*, quibuscum apte comparantur *λαμπαδο-δρομία*, *ἐλπιδο-δώτης*, *γυναικο-πληθής*, *μηνοειδής*, *ῥητορο-μάστιξ*, *γεροντο-διδάσκαλος* et ex Aetolorum ad Milesios epistola *γερόντο-ις* pro *γέρουσι*. Ibidem legitur *παθημάτοις* pro *παθήμασι*, quocum Latinorum poematis pro poematibus alia conferri solent.

36) similis quidem sententia inveniri potest in ipso nomine genitivus imminutus, quod apud Lobeckium ad Phryn. p. 668 adhibetur.

Graecos etiam extra compositionem his stirpibus vocali instructis usos esse, satis jam cognitum habemus.

Analogia si desideretur, duplex ea Graecarum stirpium declinatio vocalis et consonans comparari potest cum Germanorum, quae olim fuit, earundem stirpium forti et debili declinatione.

Vetustiorem quidem speciem Graecorum **parathesin** prae se ferre quam synthesin, multa antiquissima composita demonstrant (*θεόσδοτος*, *διόσδοτος*), inprimis nomina propria velut quod jam attuli *Κυνοσκέφαλαι*, una, quantum video, voce scribendum[37]), vel *Κυνόσουρα*, *Λυκόσουρα*.[38])

Quamvis igitur paratheta remotissimam antiquitatem redoleant, tamen inter utramque compositi partem eadem ratio intercedit, quae postea in synthesi valuit: ratio scilicet subordinandi.

Sed nominativus, qui occurrit in *μυσπολέω* apud Ar. Vesp. 140 non debetur nisi faceto illi jocandi generi, quo una syllaba compositi *μυστιπολέω*[39]) excidit. In eo autem raro nominativi usu, quum Justius p. 58 refellisset Boppium in antiquo Bactrianorum sermone synthesin ratum e nominativi parathesi ortam esse, minus etiam in Graeco sermone, opinor, idem contendi potest, quippe quum hic quidem eadem et compositionis et declinationis vocalis existat, at declinationis in paucis tantum, ne iis quidem satis certis, velut in Cynuriorum *δάττυλο* pro *δάκτυλος*, in Scythico illo *γέροντο γράδιο* Ar. Thesm. 1199 et apud eundem Ach. 104 in *χρῦσο* v. Ahr. dial. II, 1.

37) meliore jure opinor quam quae simul e significatione et formatione paratheta sunt i. e. verba et adverbia composita, eodem certe quam quae sequuntur e formatione paratheta.

38) In hoc nomine nihil de luce, quod Justius p. 11 sibi vult, sentiendum esse, apparet comparato altero *Κυνόσουρα*. In utroque autem *-ουρα* non pro stirpe var = tegere sed aut pro *οὐρὰ* cauda aut pro vocali nominis *τὸ οὖρος* (ion. *ὁ οὖρος*) stirpe, id quod praeferam, accipiendum esse opinor, ita ut Atticum quidem promontorium aeque lyncibus atque illa Thessaliae montosa urbs canibus in comparationem vocatis vel plane determinantibus nomen acceperit. Idem vero *λὺξ* pro *λὺγξ* (cf. n. 54) exstat in nominibus *Ἀρηΐλυκος* et *Λυκάων*.

39) quod idem est ac *μυστι πολεύω*.

Jam longum nec in animo est enumerare, quae parathesi Graeci composuerunt. Quamvis eorum numerum in ea, quam nos quidem posuimus, varietate vocalis compositivae valde contrahendum esse appareat,[40]) - tamen etiam restant quae sine causa in synthetis habebantur[41]) velut *χολοι-βόρος* a Justio p. 88, quod locativum praebet (in felle ardens), ut *σκοτοι-βόρος*, *ὁδοι-πόρος*, *χοροι-τύπος*[42]), *Πυλοι-γενής*, *Κρηται-γενής*, *Θηβαι-γενής*, ubi Justius iota litteram copulativam sibi habeat, nec cum Buttmanno a. gr. II, 460 sigma euphonicum statuerim in *νεώσοικοι*, quod genitivum praebet, quum *οὐδενόσωρα* mihi quidem testimonio sit, voces *ὥρα* et *ὤρα* unius stirpis fuisse, quae sigma in fronte tulisset.

Eam vero compositionem, quam ex formatione non arctam appellamus, e priore parte aestimandam esse, vel id evincit, quod etiam in parathesi pars posterior justae compositionis legem sequitur.

Singularem plane in modum utrumque compositionis genus mixtum evadit in *καλοκἀγαθός*[43]), ubi quamvis prior pars stirpem ad arctam compositionem conformatam referat, tamen, quippe quum conjunctio copulandi munere fungatur, de justa quidem compositione nec ex forma nec ex

40) cf. Buttmann ausf. gramm. II, 461: die meinung ist also (auch unsere), dass alle jene anfügungen nicht syntaktisch sondern bloss formal sind, obwohl sie mit einigen kasus-endungen zufällig übereinkommen, indem dieselben buchstaben ebenso bequem auch für die flexion waren. Dabei will ich aber keineswegs leugnen, dass, wenn eine solche form dem ohre so deutlich einen gewissen kasus gab, und besonders wenn der gedanke eben diesen kasus begunstigte, dass man dann auch diesen wirklich vernahm; ja dass auch wohl, besonders dichter, wenn sie sich neue composita schufen, zu solcher kasusform vorzugsweise griffen. Facile etiam fieri potuit, ut ipsi grammatici ea formarum congruentia decepti compositionem in *δουρικλυτός*, *ὀνομακλυτός*, *ναυσικλυτός*, Homericis illis, negligerent, id quod accentu apparet, quum in *ναυσιπέδη* nulla dativi interpretatio esset cf. Schol. Ven. A. X, 109.

41) quamvis sint e significatioue syntheta.

42) quod parathetum equidem apud Aeschylum Sept. 85 pro syntheto *ὀροτύπος* non ponerem, quod Blomfieldus commendat.

43) et quae sunt similia generis dvandva *ἀλλοπρόσαλλος*, *στενοεπιμήκης*, *φαυλεπιφαυλότατος* conjectura Bergkii, praeceptoris carissimi.

significatione cogitari nequit: non quo compositum *καλαγαθὸς* formari non potuerit, ut Justius p. 31 putavit, sed quod dvandva generis notionem non praebuerit, quippe quum in determinativa Graecorum compositione notio exstitisset: pulcre bonus. Neque unquam, id quod Justius p. 73 opinatus est, *καλοκάγαθος* accentu retracto uti potuit: tria illa verba non copulantur inter se nisi crasi quadam, ita quidem, ut extremum vocabulum accentum suum retinere oporteat. Graeca enim lingua, quae ut supra demonstravimus genere dvandva plane caret, hoc tantummodo modo illam componendi rationem efficere potuit.

Ab obliquorum parathesi casuum proxime abest compositio cum **adverbiis** factitata, quae ipsa nonnunquam tales casus obliquos praebeat. Nonnullis in compositis etiam hic synthesis quaedam adverbii valere videtur; exempli causa affero *ἀπριγδό-πληκτος* (*ἄπριγδα*), *προσθό-δομος* (*πρόσθε*), *διχό-φρων* (*δίχα*) quae Aeschylus composuit, et *ὀπισθό-μβροτος* (*ὄπισθε*) apud Pindarum. In quibus si minus ad nominum stirpes reverterunt, quia ipsius adverbii formam ex parte (velut *δ* in *ἀπριγδο*) retinebant, tamen cum aliis ab adverbiis formatis adjectivis adverbii stirps in vocalem formata nonnunquam congruit, velut in Aeschyleo illo *τρισσό-ζοος* cum adjectivo *τρισσός*.

Postquam hactenus, quales sint nominum stirpes, quae ad compositionem adhibeantur, quaesivimus alterum est, ut ad eas animum attendamus, quae ex ipsa compositione originem ducant, ad **verbales**. Nomen enim quamquam omnem flexionem respuit, tamen integram formam i. e. stirpem servat nec mutatur nisi addita vocali. Multa sane nomina per se a verbis ducta (verbalia) sunt, inprimis quae sequuntur declinationem vocalem, ita ut quasi viam aperire videantur, quam ingressura est compositio verbalis. Contraria quidem est eorum ratio, quae ad stirpem nominis quasi redeunt, unde verba sunt formata, velut *ὀξυβόας* (*βοάω*, *βοή*), *ἀντίδουπος* (*δουπέω*, *δοῦπος*), *ἀγαπ᾽-ήνωρ* (*ἀγαπάω*, *ἀγάπη*).

Omnino difficilis est et anceps quaestio in multis compositis, utrum cum nominibus an cum verbis compo-

sita sint,[44]) quamquam, quod posteriore loco posuimus, plerumque majorem commendationem habet, quod ex forma verbali facilior est compositionis explicatio et audientium animis ultro se offert. Aeschylea exempla haec affero: *λαοπαθής*, *λαοπόρος*, *λεπτόδομος*, quae verba *πάσχειν*, *πείρειν*, *δέμειν* in mentem revocant, et *μελεοπαθής*[45]), *ἀντίπορος*, *προσθόδομος*, quae substantiva *πάθος*, *πόρος*, *δόμος* exhibent.

Quamvis pura stirps verbi ad compositionem adhiberi soleat, nihilo secius etiam stirpes apparent amplificatae, praesertim eorum verborum, in quibus memoria purae stirpis temporibus secundis propagata non est, velut in *ἀμφιέλισσος* (*ἑλίσσω*), *χιονόβοσκος* (*βόσκω*).[46])

Facillima quidem ratio, qua nominalis verbi stirps vocalis inveniretur, ea fuit, ut conformaretur ad legem declinationis vocalis. Quae ratio quum praecipue in posteriore compositi parte regnet, rarius invenitur in parte priore, quamquam quum in verbalibus saepius accidat, ut inverso partium ordine stirps verbalis, quamvis sit primaria compositi pars, locum priorem obtineat — illa ratio omnino rarius regnat in conformandis verborum stirpibus nominalibus.

Integra, quae in consonam cadit stirps, fere usurpatur in parte posteriore, velut in *μονόζυξ*, ita quidem ut auctore Justio p. 46 verba, nisi in mutam exeant, tertiam declinationem non sequantur. Nam quum in parte priore stirpem in consonam cadentem saepenumero sequente vocali deprehendamus, elisam esse vocalem stirpis (*ἀστεργ᾽-άνωρ*) censendum est.

Sed quum, praesertim in participiali verborum notione, forma quoque participialis adhiberetur, integra parti-

---

44) difficile videtur dictu esse, utra pars compositi Aeschylei *φιλογαθής*, quod exempli gratia affero, minus verbo assignanda sit?

45) cf. *μελεόπονος*, quamvis utrumque in parte spuria, quae videtur, legatur.

46) Utramque et amplificatam et puram stirpem apud Aeschylum offerunt *τοξόδαμνος* Pers. 85 et *τοξοδάμας* 26. 30 — et *Ἱστ-αίχμης* 971 fortasse licet emendare pro *Οἰσταίχμης* Ald. *Οἰσταίχμης* Barroc. Rob., si conferatur, quod sequitur, *φυγαίχμης* cf. n. 49.

cipii *-οντ*, *-οντο-ς* terminatio tum litera *ν*[47]), tum *τ* excisa[48]), facilior reddita est. Hac vero ratione quum stirpes verbales ad tertiae declinationis normam conformentur, eaedem fere difficultates oriuntur, quae suppetebant in componendis nominum stirpibus quae in consonas exierunt.

Etiamsi stirpem consona terminatam in parte posteriore deprehendimus, velut in *ἀνδροθνής*, *λιμοθνής*, quae Aeschylus composuit cum verbi *θνήσκω* stirpe nominali[49]),

---

47) Nihil igitur miri habet quod parathetum *νουνεχ-ής*, (*ετος* = *εσος*:) *έος* = *οὖς* revertatur ad stirpem *ἐχοντ* in adverbio *νουνεχόντως* pro *νούνεχες* (ut *δὰξ* pro *δάκες*, *λὰξ* pro *λάκες* quare apud Homerum etiam cum dativo *ποδὶ* conjungitur — de excisa vocali *ε* v. infra.)

Nec comparativi *πενέστερος* et *χαριέστερος* (sumptis formis *πενητ-τερος* et *χαριεν-τερος* ap. Curt. gram. graec. §. 192) explicari possunt, nisi stirpes *πενετ* vel *πενες* et *χαριετ* vel *χαριες* (pro *χαριεντ*) posueris (id quod in explicando dativo plurali Curtius erläutt. §. 148 ipse fecit).

48) *τ* littera etiam in substantivis ejus formationis exterebatur, vel maxime apud Aeoles, ubi exempli causa *θεράπονος* pro *θεράποντος* dicebatur et nomen proprium *Δράκων* in genitivo *Δράκωνος* aut e varia eademque emendatiore lectione *Δράκονος* habere traditur (Ahr. 119).

Porro stirpium *πηματ* et *πημον* (*δενδροπήμων* Aesch. Eum. 938, *καινοπήμων* Sept. 363 *πρωτοπήμων* all.) una eademque origo servari videtur in composito *δυσπήμαντ-ος* (Stanleius in Eum. 481) *), idemque transitus stirpium exstat in *σχῆμα* et *μεγαλοσχήμων* (Prom. 408), *θρέμμα* et *πολυθρέμμων* (Pers. 33), *ῥῆμα* et *κακορρήμων* aliis. Etenim integra terminatio minus in usu erat, quam littera *μ* aucta, cujus generis a verbis formata Aeschylea exempla haec affero: *ἱπποβάμων* (Sup. 284 cf. subst. *βῆμα*), *ἀξυνήμων*, *προβατογνώμων*.

Latius etiam terminationum varietas patet in nomine *αἷμα*: *αἱματόρρυτος* et *ἀναίματο-ς*, *αἱμο-χαρής* et *ὅμαιμο-ς*, denique *αἵμων* cruentus non solum apud Eur. Hec. 89 et apud Aesch. Sup. 840 in composito *πολυαίμων* exstat, sed etiam apud Homerum in nomine proprio *Δ* 296 non minus fortasse atque *Ε* 49 in *αἵμονα θήρης* (bluttriefend von der jagd), cui pulcherrime sequentia respondeant (*ἐσθλὸν θηρητῆρα*).

49) *θανες*: *θναες* = *θνης*, littera *τ*, quae servatur in genitivo *θανετος*: *θναετος* = *θνητος*, ante nominativi terminationem *ς* omissa.

*) Latinum sermonem hanc in rem comparare juvat, nam eodem modo, ut apud Graecos *ν* littera exstinguitur (*πηματ* pro *πημαντ*) apud Latinos t litera exteri solet in nominibus ejusdem originis in -men (tegmin pro tegmint), quamquam Latini quoque totam terminationem, eam tamen vocali auctam, exhibent velut in tegment-um, quod quidem apte opinor confertur cum illo *δυσπήμαντ-ος*.

eodem compositi loco etiam stirpem vocalem in aliis conspicere licet, quae Aeschylus formavit: *πυριγενετ-ής* (pro *πυριγενής*), *ἀμάχετ-ος* (aut pro *ἄμαχος* Cho. 49 aut pro *ἀμάχητος* Hom.), *πανάρκετ-ος* (pro *παναρκής*), ubi nequaquam de epenthesi cogitari[50]) potest. Eandem plane formationis speciem apud Homerum refert compositum *ἄβλητο-ς*, si aliud, quod apud eundem exstat, *ἀβλής*, *ἀβλῆτ-ος* comparaveris, eandem prior pars compositi *βωτι-άνειρα* (*βοες*: *βοετο-ς*), quae res nullam offensionem habet, quandoquidem potius pars prior stirpem vocalem postulat. Hanc quidem formam in vetustissimis ducendam esse littera *τ* prodit, quae alias in sigma mutari solet; exempli causa appono *παν-ώλης*, *ωλεσο-ς*, *ὠλεσί-οικος*.

Stirpes vocali auctae jam in his exstant: *φαεσί-μβροτος* (*τὸ φάος*: *φάεος* pro *φάεσος*), *ἑλκεσί-πεπλος*, *πηγεσί-μαλλος*, *ταμεσί-χρως*, *φθῑσί-μβροτος* (pro *φθιεσ*), *στᾰσί-αρχος* (*σταεσ*), *λῡσι-μελής*[51]), quae elisa est in *λιπεσ᾽-ήνωρ*, *φθισ᾽-ήνωρ*.

Epsilon stirpis confirmabatur tum sigma litterae geminatione velut in *φερεσσί-πονος*, *τελεσσί-φρων*[52]), tum vocalis antecedentis productione velut in *Ἀγησί-λαος*. Utraque vero confirmandi ratione non adhibita, epsilon exterebatur, id quod saepenumero fiebat, velut in *ἁρπαξί-βιος* et *ἁρπάξ᾽-ανδρος* (*ἁρπαγεσο*), *ἀλεξί-κακος* et *ἀλεξ᾽-άνεμος* (*ἀλεκεσο*), *παυσί-νοσος* et *Παυσ᾽-ανίας* (*παυεσο*), *ἐρῠσί-πτολις* et *ἐρῠσ᾽-άρματος* (*ἐρυεσο*), *ἀεξί-φυλλος* (*ἀFεγεσο*), *Πρωτεσί-λαος* (*πρωτεFεσο*), *φθερσι-γενής* (*φθερεσο*), *θελξί-μβροτος* (*θελγεσο*), *δεισι-δαίμων* (*δειδεσο*), *τρεψί-χρως* (*τρεπεσο*)[53]). Si praeter epsilon etiam iota elisione intercidit, stirps verbi, quod in mutam exit, forma cum nominativo partis posterioris congruit, velut *πλήξ-ιππος* et *θυρσί-πληξ*, quamquam utriusque formae origo diversissima est, unum enim stirpem offert *πληγεσο* alterum *πληγ*.

Simplicem stirpem vocali amplificatam agnoveris in hisce: *φυγό-μαχος*, *λιπο-σαρκεῖν*, *ἀρχέ-κακος*, *ἐχέ-μυθος*, *φοβέ-στρατος*, *ἑλκε-χίτων*, *στρεφε-δινεῖν*, praesertim quum ea quae protuli non exhibent nisi stirpes in mutas exeuntes — at quum in ipsis iis, quae ultimo loco posui, epsilon miri aliquid habeat, quodque et pleniores formae *φυξί-μηλα*, *λιπεσ᾽-ήνωρ*, *ἀρχεσί-μολπος*, *ἀεξί-κακος*, *φοβεσι-στράτη*, *ἑλκεσί-πεπλος*, *στρεψο-δικεῖν* inveniuntur et utraque formatio etiam in verbis puris exstat, velut *σαό-μβροτος* et *σαοσί-μβροτος*, *τλη-πόλεμος* et *τλησι-κάρδιος*, vel verisimillimum est, pleniores formas in hunc modum decurtatas esse. Quomodo maxime variae formationis potestatem exstitisse apparet: *φερεσσί-πονος*, *φερεσ᾽-ανθής*, *φερέσ-βιος*, *φερέ-καρπος*, *φερ᾽-ανθής*[54]). Le-

---

Ejusdem generis alia quoque apud Aeschylum exstant: *ἀνδροκμής*, *Μασίστρης* (Pers. 30) vel *Μασίστρας* (970 libri optimi), siquidem in nominibus Persarum poetae libidini aliquid tribuendum est, id quod expediunt nomina faciliora intellectu *Σευάλκης* (*σεύων ἀλκήν*), *Μεγαβάτης* (*μέγα βαίνων*, apud Herodotum VII, 97 idem nauticarum copiarum dux *Μεγάβαζος ὁ Μεγαβατέω* appellatur), *Σουσισκάνης* (cf. *Σουσιγενής*): igitur *Μασίστρης* (*Μασίστης* apud Herod VII 82, IX 108, 113) mihi quidem compositum est ex adverbio *μασι* (*μεγάλως* Hesych.) et, unde *στρατὸς* nomen (strages) formatum est, ex verbo *στρώννυμι*. Similem fortasse originem *Ἀμίστρης* (Pers. 21) nomen habet.

50) v. Lobeck. parall p. 437. 479.

51) similis fortasse contractio exstat in *λῦτο* (*λύετο*) apud Hom. Ω 1 quod ex sola metrica ratione adhuc interpretati sunt.

52) Aesch. Ag. 700: *τελεσί-φρων* libri cf. *καρποτελής* (*εσος*) *εος*. Illa sigma litterae geminatio vel maxime inter vocales et media voce usitata erat, ita ut in iisdem nominibus duplex nonnunquam scriptura admitteretur, velut *Κρίσα* et *Κρίσσα*, *Λάρισα* et *Λάρισσα* nec apud Aeschylum ita constat ob librorum varietatem, num *πολισοῦχος* an *πολισσοῦχος* melius scribatur, nec in *πολισσ* video, cur cum Curtio gr. etym. I, 246 *κια* suffixum an cum Justio p. 40 yo statuamus cf. n. 17.

53) Neque *Περσέ-πολις* nomen proprium ap. Hesiod. fr. 7, 3 (appellativum ap. Aesch. Pers. 66 Arist. nub. 967) pro *περθεσί-πολις* positum, sed ex *περσεσί-πολις* decurtatum esse opinor, quum Doriensium is litterae *θ* in sigma transitus (*πάρσενος* pro *πάρθενος*) satis nota sit (Ahr. 70).

54) Inter nominum stirpes eae tantum simili formationis varietate gaudent, in quibus eadem formandi ratio exstare videtur i. e. stirpes in *ος* (*ετος*, *εσος*) *εος* — quibus, id quod jam intelligitur, cognatae sunt stirpes in *ας* (*ατος*, *ασος*) *αος* cf. *βρέτας* nominis apud Aeschylum declinationem et in *ις*, *ιτος* (*ισος**)) *ιος* — quam in rem haec exempla in medium profere juvat: *ὀρεσσί-βοτος*, *ὀρεσί-τροφος*, *ὀρει-βάτης* (quae *εσι* syllabarum contractio etiam in *ὀρει-νός* praebetur, cujus analogiam quandam sequi videntur *ἀνδρει-φόντης*, *Ἀργει-φόντης*, quibuscum conferuntur formae *ἄνδρεσσι*, *ἄργεσι*, sc. *Ἄργης* pro *Ἄργος*) *ὀρεο-πόλος*, *ὀρέσ-βιος* (*Ὀρέσ-της*), *ὀρο-θέτης*.

*) *χαρίσ-ανδρος* etiamnunc servat sigma litteram et *λαλίσ-τερος* pro *λαλέσ-τερος* positum esse supra n. 37 docui.

gitime quidem verbalium stirpes in his dixeris decurtatas esse: *τανύ-φυλλος*, *ταλα-εργός*, si comparaveris *τανυσί-πτερος*, *ταλασί-φρων*. Sed quum vera hujus formationis ratio cognitioque perdita esset, unius sigma rejectio spectata videtur esse, id quod plane apparet, si comparaveris *τερπι-κέραυνος* et *Τερψι-χόρη*, *φυγ-αίχμης* et *φυξ-άνωρ*, *λειπ-ανδρία* et *λειψ-ανδρία*, *Πείσ-ανδρος* et *Πεισ-άνωρ* apud Homerum et *πειθ-άνωρ* apud Aeschylum, *ἑλιξό-κερως* et *ἑλίκ'-ωψ*.[55])

Quatenus in hac nostra verbalium explicatione, quae adhuc prolatae sunt, hominum doctorum sententias secuti simus apparebit inprimis si Justius p. 45 sqq. confertur; quem in singulis afferre longum fuit. Et de significatione verbalium, quae habeo apponere, longum est, quum hoc loco extrema tantum Graecae compositionis lineamenta adumbrare propositum sit.

Unum tamen restat, quod inprimis ad verborum compositionem pertinet, ut de inverso compositorum ordine tractemus. Fuerunt qui formis formatis omnia seqni adulterinam compositionem opinati sint.[56]) Qui quum iteratam hujus compositionis inversionem effugere vellent, in id vitium inciderunt, ut totam stirpium verbalium synthesin in meram formarum parathesin verterent. Sed ut parathesis non invenitur nisi in nominum compositione, inversio fere propria est compositionis verbalis.

Neque alibi facilius fieri potuit ut ordo componendorum legitimus inverteretur. Priori enim compositi parti sola stirpe opus est, quae quum in componendo verbo potius formaretur,

---

55) ubi etiam de stirpe adjectivi *ἕλιξ*, *ἕλικο-ς* (cf. n. 59) cogitari potest, cui comparatur posterior compositi *αἰθό-λιξ* pars, quae est *λὶξ* pro *λὶγξ· πλάγιος* Hesych. (Ahr. aeol. 119), affinis ad Latinum obliquus. Aeschylus vero *κ* radicale neglexit componens *ἑλί-τροχος* pro *ἑλικό-τροχος*, quocum conferri potest *μιαι-φόνος* ap. Hom. pro *μιαινο-φόνος*, quae stirps *μιαι* quum etiam in *μιάστωρ* (*σ* pro littera spirante j) exstare videatur non postulat aliam *μια*, quam Buttmannus a. gr. II, 463 sibi sumsit.

Eandem ceterum participii formationem atque apud Graecos, ausim apud Latinos invenire in flex-animus (flectesi), versi-color et versi-formis (vertesi) et exstincto sigma in verti-cordia.

56) cf. amici nostri E. Weissenborn diss. inaug. de adjectivis compositis Homericis (Hal. 1865) p. 10 seqq.

quam totum nomen, recens ut fuit partem priorem obtinuit. Praeterea ex significatione altera causa ducenda est, qua in componendis praecipue stirpibus verbalibus ordo inversus sit. Is enim minus videtur definitus esse in iis, ubi dependentia magis quam appositio componendorum intelligitur.

Proxime igitur ad inversum ordinem verborum, quae componuntur, ea nominum compositorum inversio accedit, ubi eodem modo posterior compositi pars dependet a priore, velut accusativo Graeco, quem appellant, in *τοσουτ'-άριθμον πλῆθος* Aesch. Pers. 432[57]), *κέν-ανδρον ἄστυ* Pr. 117[58]), *κενό-φρονα βουλεύματα* Pr. 763[59]). Neque alia est condicio eorum, in quibus pars posterior ex praepositione antecedente dependet, velut in illo Aeschyleo *θηλυ-κρατὴς ἀπέρωτος ἔρως* (hoc!).

Quod idem fere fit in determinativis, ubi appositio eo provecta est, ut inter partem determinatam et determinantem nihil videatur discriminis intercedere. Exempli gratia affero *συκοβασίλεια*, quod et ficus quae est regina et regina quae est ficus interpretari possumus — nam de iis, quae ad posterioris aetatis compositionem minus expolitam recedunt[60]), nihil dico.

Haec in universum de compositionis Graecae doctrina, quae dicerem habui, omissa singularum rerum accurata descriptione. Haud immerito ea doctrina, ut pro recentioris grammaticae

---

57) *τοσοῦτ' ἀριθμὸν* aliquot libri; est vero tatpurusha generis, non quo ab Justio p. 122 refertur bahuvrîhi.

58) viris vacuum, at *κεναγγὴς ἄπλοια* Ag. 175 vasis vacuis bahurrîhi est.

59) sensu carentia.

Etiam *τελεσσί-φρων μῆνις* Ag. 700, *τλησι-κάρδιος* 430 alia id genus huc referri possint, nisi in his participium melius pro adjectivo accipiatur. Cujus generis praeterea sunt *μιξό-μβροτος*, *μιξο-θρόος*, *ἑλιξο-κέρως*, *ἑλιξο-πόρος*, *ζεσ-έλαιον*, *θελγεσί-μυθος*, *κλεψι-φάγος*.

60) *ἱππο-πόταμος* (*ἵππος ὁ ποτάμιος* Aristoteles) fortasse ob litterarum concursum minus tolerabilem in *ποταμό-ιππος* — nam in *ποτάμιππος* desideraretur vocalis compositiva, amans, ut supra ostendi, posterioris aetatis — dicebatur.

ratione ea est, quae locum habeat inter flexionem vocabulorum et eorum syntaxin. Nam tum in ea agitur de nominum stirpibus, quae compositione aeque ac flexioni inserviunt[61]) speciemque syntaxeos sola stirpium conjunctione prae se fert, tum, quod evadit, ipsum compositum et flexionis et syntaxeos leges sequitur.

Sed quamquam adhuc simplicium et compositorum formationem viri docti uno tenore tractabant, tamen ea inter utrumque genus differentia exstat, quod in altero radix, quam appellant, examinatur, in altero ipsa stirps nominalis. Quare ut simplicium formatio locum non habet in formarum disciplina, quippe ubi stirpes sumantur, ita compositionis doctrina unam ejus partem obtinere satius est.

Tres vero illas grammaticae partes, si temporum rationem spectes, optimo jure ita disponuntur, ut simplicium formatio, quae prima interiit, praecedat, formarum disciplina secundum locum obtineat, syntaxis formarum tertium ultimum. In ipsa formarum disciplina flexionem stirpium praecedat earum compositio.

Quae duplicem, quantum video, conformationem cultumque habebat, quum primo quidem tempore apud populum floreret, deinde a poetis potissimum coleretur. Prioris quidem aetatis sunt, ut exemplo utar, multa et pulcra composita nomina propria. Postea vero quum populum defecisset in ea re subtilior linguae sensus, poetae tantummodo linguae indoli congruentes hanc formationem continuarunt. Populus quidem postea quoque id componendi studium non plane respuit, at ita in ejus ore composita vigent, ut non usurpentur nisi brevitatis causa, neglecta pulcritudinis ratione. Poetae jam consilio eandem ingrediuntur viam, quam sine consilio populus secutus erat: non respiciunt enim nisi compositi venustatem, ex qua orationis suae lumina et ornamenta petant. Talis compositorum usus praecipue in fabularum scriptores cadit, quibus pro suae artis natura compositum (epitheton ornans)

61) Buttmannus ausf. gr. II, 454 compositionem appellat etwas der grammatischen flexion analoges oder vielmehr eine fortsetzung derselben (cf. n. 40).

fere idem est, quod epicis tota digressio. Hinc illa Aeschyleorum compositorum corruptela, quippe quae plerumque non accurate quadrent in orationis contextum.

Aeschylus vero, observator ille linguae suae diligentissimus prae ceteris in ea re excellit. Nescio an casu minus quam certo consilio potissimum composita nomina propria in appellativis habuerit,[62]) unde concludere licet eum e sermone hausisse tanquam fonte puro, qui magis magisque turbabatur. Certo quidem consilio ipse multa expedit composita nomina propria, quum plane ad etyma ea revocet.[63]) Et ipse quem magnum compositorum numerum effinxit.

Optime opinor ejus ingenium et sollertia in iis cernitur, ubi simplex verbum composito consulto repetitur, velut Eum. 690: *καὶ πόλιν νεόπτολιν τήνδ' ὑψίπυργον ἀντεπύργωσαν τότε*, Sept. 10: *καὶ τὸν ἐλλείποντ' ἔτι ἥβης ἀκμαίας καὶ τὸν ἔξηβον*[64]) *χρόνῳ*, Pers. 282: *πάντα παγκάκως* (cf. Sept. 552: *πανώλεις παγκάκως* in versu, ut dicam quod sentio, minime spurio), 80: *χρυσογόνου γενεᾶς* (non *χρυσονόμου*).

62) qualia sunt *ἄδμητος* Suppl. 149, *λαοδάμας Ἄρης* Sept. 343, *ἀδείμαντος* Pers. 162, Cho. 771 alia multa.

63) *Ἔπαφος* Sup. 46, Pr. 210, 850, *Παρθενοπαῖος* Sept 536, *Πολυνείκης* 659, *Προμηθεὺς* Pr. 85, 690, *Βόσπορος* 733, *Ἑλένη* Ag. 681 sqq., *Ἀρειόπαγος* Eum. 688.

64) quamvis *ἔξω τῆς ἥβης, τριάκοντα πέντε ἐτῶν* ap. Hesych. sit, de certo annorum numero minime accipiendum, acsi nos dicamus: jung und alt. Etenim de senibus cum scholiasta potius intelligo, quam cum Blomfieldo de iis qui aetatem virilem attigerunt, praesertim quum infra 622 Etheocles Lasthenem ipsum *γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ' ἡβῶσαν φύει* dimicare jubeat.

Theses.

I. Graecorum declinationem stirpium vocali terminatarum primitivam esse, unde tertia originem ducat.

II. Latinorum ablativum qualitatis eundem esse, quem ablativum absolutum: ut genitivus qualitatis respondeat Graecorum genitivo absoluto.

III. Choriambum ex Adonio natum esse.

IV. In comparativis **κενότερος** et **στενότερος** vocalem **ο** hac de causa non productam esse, quod **ν** littera ab veteribus duplicaretur.

V. Apud Horat. satt. I, 1, 108 legendum esse: Illuc, unde abii, redeo p o s t r e m o: ut avarus